



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Apologia Libri De Reditibus Ecclesiasticis**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1574**

Ad Lectorem, Et Clerum Christianum, Simonis Magni Ramlotæi Belgæ I. V.  
Doctoris, Carmen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40048**

AD LECTOREM, ET CLERVM  
CHRISTIANVM,  
SIMONIS MAGNI RAMLOTÆI  
BELGÆ I. V. DOCTORIS, CARMEN.

**S**I cura tibi Christiane Lector,  
In sortemque Dei vocate Clere,  
Sancta est religio, fidesque auita,  
Et doctrina sacra probata lege:  
Horas si bene collocare auebis,  
Seu disponere tempus otiosum,  
Si tristes animi cauere morsus,  
Sancta iugiter & vacare vita,  
Qua non absimili Patres beati  
Diam pro meritis tulere palmam:  
Voue hunc Apologeticum libellum, &  
Quos passim Latio, simulque Ibero  
Scriptos eloquio, vsque & vsque libros,  
Ne terra infoderet datum talentum,  
Vir note nimium eruditionis,  
Illustris quoque iure sanctitatis,  
(Vt rorem è teneris apis recentem  
Herbis manè legit, fauósque fingit.)  
Diuini simul atque de medulla  
Arcanisque adytis, fretoque iuris  
Humani tibi iam dedit NAVARRVS,  
Extrema HESPERIAE iubar, solique  
Multis nominibus decus Nauarri.  
Hic (raram vt sileam hospitalitatem,  
Virtutesque alias, Dei que cultum)  
Si fortasse animi requiris, atque  
Dotes ingenij, profectò, vincet,

Aequa-

manet in bi

TAMRVI  
in  
Sicclij  
XIVAR  
de  
restitutione  
E. II  
30.6

Aequabitue Dynos & Hostiensēs,  
Baldos, Hippolytos, Fabros, Socinos,  
Abbatēs etiam, Innocentiōsque,  
Syluestros, Deciōsque, Bartholōsque,  
Azones, Butrios, Cynos, Felinos,  
Et turbam reliquam vetustiorum.  
Vt (ne singula persequi laborem)  
Non mirum mihi, si illud exhibetur  
Viuenti decus, atque sentienti,  
Post manes, tumultūque, quale pauci,  
Et molles cineres, habent virorum.  
Hinc illum meritō colunt Iberi,  
Belgae, Sauromatae, Getae, Britanni,  
Galli ac Ausonij, Scythae, Poloni,  
Germani atque Arabes, Scoti atque Dani:  
Eius ROMA etiam beata pleno  
Laudes ore canit, NAVARRVS, aiens,  
Dignus qui Pyliam quater senectam  
Traducat; Priamiue, Nestorisue  
Auctus precipuo repente honore  
Longaeuos superet beatus annos.

APOLOGIA

